

N. 7.

A. D. 1267.

(10 dicembre, Indiz. X).

<i>Data di luogo</i>	Castellana.
<i>Rogatorio</i>	Giovanni de Abate, notaio di Polignano.
<i>Descrizione</i>	Gotica, 21 × 29.
<i>Contenuto</i>	Il vescovo Bartolomeo di Polignano alla presenza del giudice e dei testimoni, dopo aver mostrato la lettera di Radulfo, cardinale legato, mette Dameta nel possesso degli uomini di Castellana, i quali prestano il giuramento di fedeltà.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Ex quo factus homo Christus de virgine natus, anno millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, regnante domino nostro Karolo dei gratia excellentissimo rege Sicilie, ducatus Apulie ac principatus Capue Andegavie Provincie et Forcalquerii comite, regni eius anno secundo, mense decembris die decimo eiusdem, indictionis decime apud Castellatum. Nos Nicolaus Pisanus regius Polinianensis iudex, Iohannes de Abbate publicus eiusdem terre notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati presenti publico scripto fatemur quod venerabilis pater dominus Bartholomeus Polinianensis episcopus prescripto die personaliter accedens ad predictum locum Castellano ubi nos predictum iudicem et notarium personaliter accersiri fecit pro eo quod in ipso loco Castellano iudices neque notarius publici creati non erant pro anno presenti predictae decime indictionis, ostendit nobis et publice legi fecit quasdam patentes litteras domini Radulfi reverendissimi Albanensis episcopus apostolice sedis legati sibi transmissas, sigillo pendenti eiusdem domini legati de cera rubea sigillatas, quarum continencia per omnia talis erat.

Radulfus etc. (come nel doc. 5).

Ad cuius exequcionem mandati prenomnatus venerabilis Polinianensis Episcopus diligenter intendens auctoritate ipsius sacri mandati coram nobis mandavit universis et singulis hominibus dicti loci Castellani tam ecclesiasticis quam laicis ut domine Damette Abbatisse prefate sacramentum fidelitatis et homagium prestrarent et eidem de omnibus iuribus que ad predictam ecclesiam sancti Benedicti de Cupersano pertineat ut hactenus consuetum extitit responderent ut de iure et debent. qui homines dicti loci ad mandatum predicti domini Episcopi factum est ex parte dicti legati predicti prefate domine Abbatisse prestiterunt fidelitatis debitum iuramentum. Unde ad futuram memoriam et tam predicti domini Episcopi quam predictorum Abbatisse et monalium conventus cautelam facta sunt exinde de predictis duo consimilia publica instrumenta, unum penes dominum dominum Episcopum remanendum et aliud habendum a predicta domina Abbatissa per manus mei predicti Iohannis de Abbate publici Polinianensis notarii subscriptione mea qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptione roborata. Quod scripsi ego pre-

dictus Iohannes de Abbate publicus polinianensis notarius qui predictus rogatus interfui et meo consueto signo signavi.

30 † Signum crucis proprie manus Nicolai Pisani regius Polianensis Iudicis qui supra.

† Iohannes publicus polinianensis notarius testatur.

† Signum proprie manus Peg . . . us Indino filii dopni Leonis.

† Ego notarius Guillelmus testatur.

† Signum proprie manus Petrus de Iuncata.

35 † Signum proprie manus Magistri Laurentii.

Die vigesimo quarto mensis Martii 1612 Poliniani presens Instrumentum presentatum fuit.